

BREVE

DIRETTO

DAL SANTO PADRE

PIO IX

DI SANTA E GLORIOSA MEMORIA


A L

SAC: LUIGI MARIA CARBONARO

CAPP: D'OB: MAG: ONOR: DEL S. M. O. GEROSOLIMITANO

CAPP: DELL' ARCIVESCOVO VESCOVO

DI MALTA.



Dilecto Filio ALOISIO MARIE CARBONARO A Sacris
Archiepiscopo Episcopo Melitensi Melitam.

PIUS PP. IX.

Dilecte Fili, Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Opus immanis laboris præstantisque peritiæ a te Nobis oblatum, Dilecte Fili, acceptissimum habuimus; non solum uti argumentum filialis tuæ devotionis et observantiæ, sed etiam uti monumentum Ecclesiæ et huic Sanctæ Sedi perhonorificum. Quotquot enim clades illatæ fuerunt christiani nominis hostibus, qui, præter loca Christi Domini vita et morte sanctificata, variis potiti regionibus Europæ, servitutis iugum ei minitabantur, universæ auctricem habuerunt Ecclesiam et hanc Sanctam Sedem, quæ monitis, hortatu, pecunia, classe, militibus omnem contulerunt operam, ut christianæ vires conunctim in Islami-
smum conversæ ejus attererent potentiam et audaciam, religionemque et libertatem catholicarum regionum vindicarent. Quibus in inceptis cum Hierosolymitanorum Equitum Ordo constanter præstiterit; memoria certe strenuorum horumce militum nequit in mentem non revocare studia Ecclesiæ in veram populorum utilitatem. Id porro tu fecisti per accurate delineatas imagines et insignia, excriptasque epigraphes præstantiorum ex iis, quæ pavementum ornant Concathedralis Ecclesiæ Melitensis: quo opere monumentum multis incompertum non solum in ampliorem lucem protulisti, sed ipso visitantium attritu vel alio casu tractu temporis fortasse vitiandum, servasti posteris. Gratulantes itaque volumen oblatum excepimus; atque ut grati animi Nostri pignus habeas, numisma tibi mittimus Nostra distinctum imagine, simulque Benedictionem Apostolicam cælestium munerum auspiciem Nostræ que paternæ benevolentiae testem tibi, Dilecte Fili, peramanter imper-
timus.

Datum Romæ, apud S. Petrum 31 Januarii 1878
Pontificatus Nostri anno Frigesimo secundo.

PIUS PP. IX

(Traduzione)

Al Diletto Figlio LUIGI MARIA CARBONARO Cappellano
dell' Arcivescovo Vescovo di Malta.

PIO PAPA IX.

Diletto figlio, Salute ed Apostolica Benedizione.

Il lavoro di pazienza improba e di non comune perizia offertoci da te, Diletto Figlio, ci tornò graditissimo; non solamente come argomento della tua filiale devozione e riverenza, ma eziandio come monumento alla Chiesa ed a questa Santa Sede oltremodo onorifico. Imperocchè quante sconfitte furon date ai nemici del nome cristiano, i quali, oltre i luoghi santificati dalla vita e dalla morte di Cristo Signore, impadronitisi delle varie regioni di Europa, le minacciavano la schiavitù, tutte ebbero origine dalla Chiesa e da questa Santa Sede, le quali e con avvisi ed impulsi, e con denaro e flotta si adopraron a tutt' uomo, affinché le forze cristiane, di conserva rivolte contro l' Islamismo, ne fiaccassero la possanza e l' audacia, e rivendicassero la Religione e la libertà delle cattoliche terre. Nei quali primordii essendosi costantemente segnalato l' ordine dei Cavalieri Gerosolimitani, senza dubbio la memoria di questi valorosi Cavalieri non può non richiamare al pensiero gli sforzi della Chiesa a favore del vero bene dei popoli. Il che tu facesti mercè quelle ritratte figure ed emblemi, ed epigrafi più celebri fra quelle che ornano il pavimento della Chiesa Concattedrale di Malta; pel qual lavoro non solamente tu mettesti in più ampia luce un monumento a molti sconosciuto, ma potendo esso con l' andar del tempo rimanere atterato o disirutto per l' attrito dei visitanti o per altro qualsiasi caso, tu lo serbasti ai posteri. Teco pertanto congratolandoci accogliamo l' offertoci volume; e però, perchè tu ti abbia un pegno della nostra riconoscenza, ti ricambiamo con una medaglia effigiata alla nostra Persona, e nel contempo con tutto l' affetto ti compartiamo, Diletto Figlio, l' Apostolica benedizione, auspice di celesti favori e testimonio della nostra benevolenza.

Dato a Roma presso S. Pietro il 31 Gennajo 1878
l' anno trentesimo-secondo del Nostro Pontificato.

PIO PAPA IX.